


Londini editus 1617. Apol. pro juram. fid. Ep. monit. ad oēs Chri-
 stian. Mon. Cōment. de Germ. sacra re restaurata. p. 2. Doun. Diatriba de Antichristo l. 4. toto. Manual. A. Conf. II. d. 18. p. 904. v. Bernegg. c. 10. Dūcan. de Nonnis Lausdunel. C. Panstrat. Cathol. T. 2. l. 16. c. 9. ad 15. H. Apostasia Roma. Pa- pist. Eccl. D. M. 1700. Missæ. ad h. l. p. 1392. D. l. 3. p. 1. l. 5. toto l. 6. p. 1. B. de R. P. l. 3. c. 14. & 23. S. de visib. Mo- narch. Eccl. l. 8. c. 19. 22. 25. Val T. 4. d. 11. q. 2. p. 2. Su. ad 3. Th. T. 2. d. 54. l. 4. & 5. B. opusc. de Antichr. re-

titulus *Papatus Romanus*. Ex eo fonte contemtus fluxit sum-
 morum potentatum, etiam Augustarum Majestatum quasi
 carnalium, depositio eorundem & detronisatio. quin & *sui*
ipsius ostentatio in Templo Dei, quæ est *Ecclesia* 1. *Pet. II. 5. 1. Tim.*
III. 15. pro vice - Deo. quod egregiè probatum dedit *Rex Magnæ*
Britannia, JACOBUS, qui ob propensionem ad litterarum & pacis
studia Papiculis ludimagister audit apud *Carolus Caraffam*, Ep-
 scopum *Aversanum* nec non Regius hyperaspistes *Georgius*
Dounamus, Episcopus *Derenfis*.

§. 31. Hinc jacētata miracula à Pontificiis, maximam
 partem ementita, fatentibus reis apud D. D. *Hülsemannum*, vel
si vera sunt quoad naturam rei: tamen ex intentione & ratione
doctrinæ, quam testantur, fallacia. Vel unicum idolum *Loretm-*
num est abunde testium, cujus fraudes ἀποψία nobis, ut &
Lausduni in Gallis confirmavit. Hinc tot imposturæ adin-
 ventæ, quas longâ serie recenset *Daniel Chamier*. fides *Majo-*
rum, Prophetarum & Apostolorum, deserta, quod solidè proba-
 runt *B. Hopfnerus & B. Hunnius*. Ipretis legibus divinis & Ec-
 clesiasticis, *Cælibatus Clericorum, Communio sub una, Ignis pur-*
gatorius, de quibus ex professo D. D. *Calixtus* agit, mille alia
 introducta fuere. potissimum *sacrificium Missaticum*, quo de-
 accuratè egit *D. D. Dorschaus*, cui P. R. in solidum potentiam
 suam acceptam refert à quo plurimum roboris, plurimas vires,
immò omnes opes, omnem sapientiam, omnes dolos, omnem blan-
di loquentiam, omnem pompam, omne suum bonum accepit, uti
 de suo nobis hæc largiatur *Cornelius a Lapide*. Hinc ἐπελοπείσ-
 σοθρησκέια, cultus superflui proprio ausu fuere excogitati, penè
 innumeri, quæ cum *Dounamus & Chamier* cum pulvisculo
 corraserint, ut vix aliquid addi posse videatur, eò lectorem
 animæquum remittimus.

§. 32. Quæ verò *Robertus Bellarminus, Nicolaus San-*
derus, Gregorius de Valentia, Franciscus Suarez, Martinus Beca-
nus, Adam Tannerus & commentatores hic excipiunt, vix digna
 sunt relatu. quasi *Anti-Christus sit crediturus, nullum esse verum*
Deum præter idolum  h. e. semetipsum, vel demonem,
 cum quo pactum sit initurus, atque ut *Gasparis Scioppij* stilo uta-
 mur,